

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. IX. Vtrùm Deus cognoscat actus suos liberos, tum conditionatos, tum  
absolutos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

& Syriae interencionem? Respondetur, physicam quidem inter haec connexionem nullam fuisse, fuisse tamen moralem; sciebat siquidem Propheta, decrevisse Deum, si id sexies vel septies fecisset, fore ut cum eo concurreret ad omnitudinem Syriae destructionem.

IX.  
Quia moralis  
connexio in  
conditiona-  
libus requi-  
ratur, ut sit  
vera.

X.  
Quid de pro-  
positionibus  
sub condi-  
tione impos-  
sibili cen-  
dendum.

Neque hinc inferas, nulla omnino esse objecta disparata, cum nihil plane sit, quod Dei voluntatem movere nequeat ad aliud intuitu illius ponendum: Respondetur enim, ad hoc ut propositio non sit disparata, non sufficere quod res aliqua movere Deum possit ad aliam propter illam ponendum, sed requiritur ut actu eum moveat, seu quod statuerit Deus, si illa ponatur, aliam etiam ponere.

Quares, utrum Deus cognoscat objecta conditionata sub conditione impossibili, ut, si Bucephalus fuerit homo, & tentaretur, peccaret, & similia. Ego certe universum cognitionem horum objectorum Deo negari non posse censeo: dum enim homines (quod sepe faciunt) hujusmodi propositiones elicunt, si Lapis esset equus, bimire, curreret, &c. Si equus esset avis, volaret, cantaret, & sic de aliis; Deus videns hos actus, novit eos esse veros vel falsos, ergo in iis cognoscit objecta, & novit ea ita se habere, vel non habere sicut ab actibus enumeraunt; ergo si homines haec norint, novit etiam illa in actibus illis Deus. Utrum autem ea etiam noverit immediatae, probabilior videtur pars negativa; tum quia otiose videntur ejusmodi cogitationes; tum etiam quia non est eadem ratio cur Deus cognoscat conditionata impossibilium, que est de cognitione conditionatorum possibilium; horum enim cognitione ad rectam Universi administracionem, & ut Deus de rebus prudenter disponat, utilissima est, ne dicam necessaria; quod in cognitione impossibilium non reperitur.

## SECTIO NONA.

Vtrum Deus cognoscat actus suos libe-  
ros, tum conditionatos,  
tum absolutos.

I.  
Probabilitas  
est, Deum  
actus condi-  
tionatos sua  
voluntatis  
cognoscere.

II.  
Deus decre-  
ta sua, non  
mediante tam-  
tam cognos-  
cere, sed in  
medietate.

III.  
Actus suos  
liberos ab-  
solutos Deus  
perficitime  
cognoscere.

Quo ad primum, multo probabilius videtur, Deum hujusmodi actus sua voluntatis conditionatos cognoscere; tum quia non minus cognoscibilis sunt quam actus nostrae voluntatis, & res omnes aliae; tum quia Deus novit, si homo non peccasset, se habiturum fuisse decretum non assecurandi carnem humanam, saltem possibilem: decretum item salvandi Judam, si in gratia ad finem usque vita perseverasset.

Licet vero hoc etiam in aliquo alio actu suo cognoscere possit, ut in voluntate seu decreto conditionato quod jam habet salvandi omnes si moriantur in gratia, nil tamen obstat quod minus id immediatae etiam in se cognoscat, nempe si tali vel tali modo mundum creasset, se talia vel talia decreta habiturum fuisse: qua tamen vocanda necne sint decreta futura, cum quidquid in Deo est, aeternum esse necesse sit, quastio est de modo loquendi. Nec magis hinc laedit libertas Dei ex hac scientia conditionata suorum actuum, quam laedit nostram scientia conditionata quam habet Deus nostrorum: de quo dictum est facti, septimam, & plura adjiciunt, cum de praefinitionibus.

Quoad secundum decretis absolutis, extra controversiam videtur, Deum decreta sua absoluta de futuris cognoscere; nec enim est cur non aequi-

illa cognoscat ac cetera omnia; immo alias se perficeat & non comprehendenderet. Probatur ex illo 1. ad Corinth. cap. 2. v. 10. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei: id est, ut hoc loco explicat S. Thomas, abditissima etiam Dei consilia, decretaque libera divina voluntatis. Quod ibidem magis in particulari declarans Apostolus adjungit: Quis enim scit hominum, que sunt hominis, nisi spiritus, qui in ipso est? ita & que Dei sunt, nemo novit nisi spiritus Dei. Hoc autem dictum Apostoli intelligendum est de decretis Dei liberis, videtur manifestum, haec enim sunt in hominibus, que aliis sunt ignota, & ei soli qui ea habent, sunt perfecta, atque iis quibus ipsi visum fuerit illa aperi.*

Non tamen puto, Deum prius decreta illa videare quam sint, vel ratione nostrâ futura sint; scientia enim non minus in his, quam aliis omnibus, supponit objectum futurum, licet forte in his decretis peculiaris ratio sit cur potius dicantur esse simul cum scientia visionis ad ipsa terminata, quam decreta conditionata, cum sit necessaria inter utraque connexionem, & ab his ad illam, & est contraria, valeat consequentia: ex eo enim quod scientia haec videat futura, non possunt non esse futura; & est contraria, si sint futura, necessariò ab hac scientia cognoscuntur; unde, neutrum est altero prius subsistendâ consequentia.

Aliquo tamen modo videntur decreta haec absolute priora quam sit scientia visionis, suntque conditionata illam antecedens, ad eum modum quo, secundum Theologos communiter, res omnes futurae creatæ sunt priores aliquo modo scientia visionis ad ipsas terminata, & earum futuritio est conditio aliquo modo prærequisita ad hanc Dei scientiam. Unde docent passim Theologi, hanc causalem esse falsam; ideo res sunt futura quia Deus eas novit per scientiam visionis; sed est contra, & alioquin, inquit, nisi scientia visionis subficeretur actus nostros iam futuros, tolleretur libertas.

## SECTIO DECIMA.

Quomodo Dei præscientia stet cum  
hominum libertate.

**L**IBERTATEM hominis nullâ non ætate impugnarunt heretici, voluntatemque nostram non sui juris esse, sed innatâ quadam vi ac pondere ad omnia necessariò ferri dixerunt. Impinguo hoc dogma, in ipsis nascentiis Ecclesiæ exordiis primus docuit Simon Magus, hereticorum antesignanus; hunc postea fecutus fuit Manichæi, Wiclefus, & alii. Quem etiam errorem obviis ultnis amplexi sunt nostri temporis novatores, Lutherus, Calvinus, Beza, Melanchthon, cum totâ sequacium cartervâ, cumque inter præcipios lecte sue articulos recensent; eo nimis confusio, ut sotiputus utcumque, amissa libertatis obtentu, obfuscans semper conscientie clamoribus, qui se vel invitis identidem solent ingerere, liberius scilicet in omni turpitudinum cœno, nullo interturbante, volunt. Horum proinde errorem, quatenus generatim voluntatis humanæ libertatem negat, latè confutavi in Prometho Christiano, Disp. decima tertia: ubi etiam triplex Fati genus, quo nonnulli mentes hominum teneri asserabant, rejici.

Ad rem vero præscientiam, qui cum Dei præscientiam libertatem hominis conciliare non potuerunt, quidam fuerunt ex Ethnici, inter quos Cicerio de Fato, & lib. 2. de Divinatione, cum capere non posset.

nequeret

IV.  
Decreta Da  
liberae sunt  
similis sub-  
stenti con-  
sequentiæ  
cum scien-  
tia visionis

V.  
Quo sensu  
decreta li-  
bera sunt  
priora futu-  
ritia visionis

I.  
Hominis li-  
bertatem  
omni tem-  
poris quoque  
garant  
heretici.

Cum libertate  
sem homini  
libertate  
cum negotiis  
heretici.

II.  
Quoniam  
præscientia  
cum homi-  
num libe-  
rata potest  
non perfec-  
tamente.